

C 20/II

CATERINA SANTORO

# LA POLITICA FINANZIARIA DEI VISCONTI

*DOCUMENTI*

Vol. II

1385 - 1412

PREFAZIONE  
DI  
GINO BARBIERI

ARTI GRAFICHE COLOMBO

## 190.

1390 dicembre 6, Milano.

Il signore di Milano scrive al comune di Voghera che, a causa delle sue ingenti spese, deve mandare al suo tesoriere la somma di 1.000 fiorini per la quale è stato tassato.

*Vo.B.C., A.C., Reg. II Litterarum 1379-1392, c. 216v.*

Dominus Mediolani etc. comes Virtutum, imperialis vicarius generalis. Totum studium nostrum vertimus ut nobis subditos a damnis et insultibus inimicorum nostrorum intactos deffensamus, considerantes hoc sume preferendum esse quantumcumque velit providere, sit emergens expensa ad quam dicti nostri subditi certe sic libenter quam etiam ex debito conscientie teneantur nec aliter fieri possit, licet illos gravemus invite, itaque cum debeamus de presenti certam magnam sumam denariorum recuperare, ut nostris stipendiariis quos premisso specialiter respectu conservationis eorumdem subditorum nostrorum in quantitate numerosa tenere, nos convenit possumus de pagis suis debitibus temporibus facere responderi, de qua quidem quantitate tacsati sunt et tangunt comune nostrum Viquerie flor. mille, volumus quod statim ipsos florenos mille imponere seu imponi facere in dicto nostro comuni debeatis solvendos hic nostro thexaurario pro medietate infra quintadecimam diem presentis mensis et pro reliqua medietate usque ad kalendas ianuarii proxime venientis sine fallo. Resribentes de receptione presentium ac de ordine quem apponendum duxeritis in predictis magistris intratarum nostrarum et reffendariis curie nostre. Date Mediolani, die sesto decembbris MCCCLXXX. Nicholaus<sup>1</sup>.

*A tergo:* Potestati, comuni et hominibus terre nostre Viquerie.

## 191.

1390

Entrate e spese di Gian Galeazzo Visconti.

Ed.: M. DAVERIO, *Memorie sulla storia dell'ex-ducato di Milano*, pp. 274-276, da «Quinternetto stralciato» scritto piuttosto sul finire del sec. XV. Cit.: A. ESCH, *Anhalispunkte für ein Budget Giangaleazzo Visconti (1397)*, p. 72, nota 3.

Intrata domini Io. Galeazi domini Mediolani et comitis Virtutum omni mense est ut infra:

Comune Mediolani . . . . .	flor. 14.386	sol. 12
Comune Comi . . . . .	» 4.254	» —

<sup>1)</sup> In data 5 gennaio fu inviata al podestà al podestà per sollecitare questo pagamento.

Comune Papie . . . . .	»	5.186	»	26
Comune Placentie . . . . .	»	2.861	»	15
Comune Novarie . . . . .	»	4.366	»	16
Comune Alexandrie . . . . .	»	1.551	»	—
Comune Vercellarum . . . . .	»	821	»	19
Comune Terdone . . . . .	»	462	»	18
Comune Brixie . . . . .	»	5.266	»	5
Comune Pergami . . . . .	»	3.214	»	30
Comune Laude . . . . .	»	1.355	»	31
Comune Cremone . . . . .	»	4.167	»	13
Comune Parme . . . . .	»	1.884	»	8
Comune Regii . . . . .	»	—		—
Comune Creme . . . . .	»	916	»	17
Comune Padue, Feltri et Cividalis . . . . .	»	2.097	»	14
Comune Verone et Vincentie . . . . .	»	2.500	»	—
Comunia diversarum terrarum . . . . .	»	3.158	»	16
Possessiones Vincentie, Verone et Padue . . . . .	»	3.000	»	—
Gabella salis Vincentie, Verone et Padue . . . . .	»	2.000	»	—
Gulielmus de Blasono . . . . .	»	6.000	»	—

Creatus postea dux 1396, auxit imperium, cui adiecit Bononiam cum Emilia tota, Tusciam cum Pisis et Perusia, Umbriam et Reate cum urbibus adiacentibus et provintiis, quas nunc Sabelli et Ursini tenent.

[Expense]

Item pro castellanis diversis, computatis castellanis Limosanae, videlicet pro pagis 541 ad diversa computata, computatis provisionibus que dantur certis castelanis . . . . .	flor.	1.484	sol.	—
Item pro castellanis Tritii, computatis eorum provisionibus . . . . .	»	390	»	—
Item pro provisionibus nobilium et salariatorum domus domini Cantury . . . . .	»	8.438	»	30
Item pro vestimentis domini tantum . . . . .	»	1.500	»	—
Item pro expensis ordinariis cibi et potus domus domini tantum . . . . .	»	3.370	»	—
Item pro provisionibus nobilium et salariatorum curie ill.me domine comitis et ill.mi domini Iohannis Marie et pro expensis cibi et potus ac vestimentis prefate domine et dicti domini Io. Marie . . . . .	»	1.753	»	—
Item pro provisionibus nobilium et salariatorum curie domine Agnetis et filiorum et pro expensis cibi et potus ac vestimentis dictae domine Agnetis et filiorum . . . . .	»	925	»	—
Item pro vesciendis filiis quondam domini Bernabovis et pro expensis cibi et potus . . . . .	»	500	»	—
Item pro expensis cibi et potus extraordinariis, que fit pro nobilibus forensibus . . . . .	»	2.000	»	—
Item pro nuntiis et andatis . . . . .	»	3.000	»	—
Item pro laboreriis cittadelle Verone . . . . .	»	1.000	»	—

## DOCUMENTI

Item pro Augustino Tuschano, videlicet pro datiis bulletarum	»	150	»	—
Expensa domini 1390 omni mense, prout infra videlicet:				
Primo, pro lanceis 1203 ad computum flor. 19 pro lancea		flor. 22.838	sol.	—
Item pro baneriis equestribus 34, que sunt page 616 ad computum flor. 124 pro banerio . . . . .	»	4.220	»	—
Item pro provvisionibus certorum conestabilium equestrium .	»	197	»	26
Item pro baneriis 14 Ungarorum pagarum 277, computatis Ungaris 7 de custodia domini, ad computum flor. 6 pro Aren.	»	1.356	»	—
Item pro provisionatis 32 pro custodia domini, ad computum flor. 16 pro quolibet et pro Iohannolo balistario ultra balistarios	»	508	»	—
Item pro banneriis balesteriorum peditum 30 pagarum 595, ad diversa computa . . . . .	»	2.404	»	—
Item pro una banneria banneriorum pagarum 30, que est in Alamania, ad computum flor. 6 pro paga . . . . .	»	180	»	—
Item pro banneriis 122 pavex L., videlicet bann. 45 ad computum flor. 3 pro paga et bann. 77 ad computum flor. 22 pro paga, et sunt in summam page 2940 . . . . .	»	6.550	»	—
Item pro caballariis 151 ad computum flor. 8 pro quolibet .	»	1.208	»	—
Item pro restauris faciendis datariis . . . . .	»	300	»	—
Item pro homagiis . . . . .	»	500	»	—
Item pro famulis 86 deputatis capitaneis ...., capitaneo Parme et Regii, capitaneo ultra Padum, capitaneo episcopatum Vercelliarum et Novarie, capitaneis Seprii et Martesane, potestati Rippe Tridenti et capitaneo Cremone, ad diversa computa . . . . .				
Item pro edificatione ecclesie sancte Marie Nove . . . . .				

## 192.

1391 gennaio 10, Milano.

Il signore di Milano scrive al comune di Milano di ricuperare sul nuovo estimo fior. 36.000.

Mi.Soc.St.Lomb., Cod. Formentini, c. 27-28. Ed.: MORBIO, Codice cit., 15-16. Reg.: SANTORO, I Registri cit., p. 18 n. 65.

Dominus Mediolani, comes Virtutum, imperialis vicarius generalis. Totum studium vertimus, ut nobis subditos a damnis et insultibus inimicorum nostrorum intactos defendemus. Considerantes hoc summe preferendum esse quantumcumque velit, proinde sit emergens expensa, ad quam dicti nostri subditi certe sic libenter, quam etiam ex debito conferre tenentur, nec aliter fieri possit, licet illos gravemus invite. Volumus itaque, quod pro subsidio maxime nobis praesentialiter incumbentis expensae propter

tum exinde consequantur sicut convenit et est intentionis nostre firmissime ideo quod in futurum etiam in aliis nostris et dicti communis volumus et iubemus. Nomina quorum civium et quantitates presentialiter exbursande, ac compensande pro aliis eorum infrascriptis creditus sunt hec et he, videlicet<sup>1)</sup>: Aluisius de Gallarate, qui presentialiter numeravit lib. 310, item pro creditis veteribus a mense maii preterito retro lib. centum quinquagintaquinque: item qui presentialiter numeravit lib. 320, item eius creditis a calendis mensis maii citra lib. 320. Iohanninus Pagnanus, qui presentialiter numeravit lib. 320, item pro eius creditis a calendis mensis maii proxime preteriti extra lib. 320, Francischolus de Lomeno, qui presentialiter numeravit lib. 400, item pro eius creditis a calendis maii citra lib. 400, Beltramolus de Oxnago, qui presentialiter numeravit lib. 160, item pro eius creditis a calendis maii citra lib. 160, Iohanninus de Malcozatis, qui presentialiter numeravit lib. 40, item pro eius creditis a calendis maii citra lib. 40, dominus Iohanninus de Castilione, qui presentialiter numeravit lib. 90, Thomaxius de Puteobonello, qui presentialiter numeravit lib. 80, item pro eius creditis a calendis maii citra lib. 80, Cristophorus Ruscha, qui presentialiter numeravit lib. 188 et sol. 16, item pro eius creditis a calendis maii citra lib. 188 et sol. 16. Ambrosius de Placentia, qui presentialiter numeravit lib. 83 et den. 8, item pro eius creditis a calendis maii citra lib. 82, sol. 7, denar. 4, Bernabinus de Squasis, qui presentialiter numeravit lib. 160, item pro eius creditis a calendis maii citra lib. 160, heres quondam Mezoli Lantelmoni, qui presentialiter numeravit lib. 120, item pro eius creditis a calendis maii citra lib. 120, Ioannolus de Castelletto, qui presentialiter numeravit lib. 208, sol. 5, d. 6, item pro eius creditis a calendis maii citra lib. 208, sol. 5, den. 6, Ambrosius de Sancto Nazario, qui presentialiter numeravit lib. 82, item pro eius creditis a calendis maii citra lib. 82. In quorum testimonium etc. Date Mediolani, quarto martii MCCCCquinto, inductione tertiadecima. Francischus, Vicarius, Taddeus, Lanzalotus, Iohannolus.

## 600.

1405 marzo 5, Milano.

Il duca di Milano scrive al vicario e ai XII di Provvisione del comune di Milano di fare estimare da altre persone i trentasei cittadini che hanno compilato l'estimo, in base agli acclusi capitoli.

Mi.B.A., cod. *Della Croce*, I suss., vol. 31 «ex ms. Fagnani B.A.». Reg.: C. SANTORO, *I Registri* cit., p. 183, n. 96.

Dux Mediolani etc. Nobilibus et sapienti viris vicario et XII Provisionum communis nostri Mediolani.

Quia dignum non est neque conveniens quod illi triginta sex, qui deputati sunt ad extimationem focoliariorum huius nostre civitatis Mediolani se ipsos extimare deberent, comittimus vobis pariter et mandamus quatenus ipsos triginta sex extimetis prout

<sup>1)</sup> Sono all'incirca le stesse persone che fecero precedentemente un altro prestito al duca il 22 dicembre 1404 (Vedi n. 607).

inspectis qualitatibus et facultatibus ac conditionibus uniuscuiuscumque eorum melius videbitur convenire, resribentes nobis qualiter eos duxeretis extimandos. Data Mediolani, die quinto mensis martii MCCCCV. Bernardus.

MCCCC quinto

Capitula servanda in confectione focholariorum civitatis et suburbiorum Mediolani ut infra, videlicet:

Primo quod eligantur homines sex pro porta qualibet dicte civitatis boni et intelligentes, Deum timentes, et equaliter diligentes, inter quos non sit aliquis de ditioribus et potentioribus, sed sint de mediocribus et pauperibus, tamen aptis ad aliquid supportandum, et quod inter ipsos sex pro qualibet porta non sit nisi unus de una parentela nec aliquis attinentes ad quartum gradum consanguinitatis, aut affinitatis.

Item quod nulla persona secularis cuiuscumque conditionis et status existat ab ipsis focolaribus nec a supportatione onerum ipsorum focolariorum sit nec esse intelligatur exempta nec immunis, preterquam illi de Vicecomitibus, qui alias fuerunt exempti, viddicet illi, qui descenderunt a dominis Vercellino, Leodrisio et Gasparino de Vicecomitibus.

Item quod nulla persona que sit describenda et ponenda in suprascriptis focolaribus ponatur nec poni debeat in minori quantitate solidorum octo imperialium et circa predicta et abinde supra serventur et servari debeat infradicta capitula.

Item quod nullus miserabilis extimet nec extimari debeat in dictis focolaribus et intelligatur miserabilis ille qui paucum vel nihil habet in bonis et vadat mendicando et qui cum sua familia non potest lucrari necessaria pro eius vita et familie sue; etiam reputetur miserabilis ille quis sit senex vel infirmus, qui cum sua familia non potest lucrari necessaria pro eorum vita, et etiam intelligatur inhabilis et miserabilis qui non sit sufficiens ad supportandum soldos octo imperial. inspecta quantitate facultatum et expensarum.

Item quod quelibet persona que descripta fuerit in focolaribus, sive qui habitet in civitate et ducatu Mediolani, sive qui habitet alibi, describatur et ponatur in focolaribus ipsis secundum eius possibilitatem et exercitia, habendo respectum ad onus filiorum et filiarum et familie sue et bene considerando gravamen eorum et etiam considerando quod sunt aliqui qui omni anno delucrantur propter magnas expensas quas habent et quas evitare non possunt, habende etiam respectum quod sunt aliqui qui vivunt et stant quasi in campis, et sunt aliqui qui aliquod superlucrantur et aliqui qui competenter superlucrantur, et aliqui qui satis superlucrantur.

Item quod illi qui cum sua familia lucratur necessaria pro eius vita et familie sua vel qui superlucratur aut paucum aut satis, vel convertet iam tenens stationam, vel faciens aliquod lucrabile exercitium, vel trafegum, quod non ponatur et extimetur in dictis focolaribus a soldis octo imperial. ad minus usque in soldos sexdecim imperial. ad plus habito respectu ut supra.

Item quod ille qui habet in bonis a florenis centum, usque in florenis mille non tenens stationam vel faciens aliquod lucrabile trafegum vel exercitium ponatur et extimatuer a soldis octo imperial. usque in floreno uno, secundum possibilitatem eius, habito respectu ut supra.

Item quod qui habet in bonis a florenis centum usque in florenis mille tenens stationam vel faciens aliquod lucrabile exercitium vel trafegum ponatur a floreno medio usque in floreno uno cum dimidio secundum possibilitatem, habito respectu ut supra.

Item quod ille qui habet in bonis a florenis mille usque in florenis quinquemilibus

non tenens stationam nec faciens aliquod lucrabile exercitium vel trafegum ponatur a floreno uno usque in floreno uno cum dimidio pro milliario.

Item quod ille qui habet in bonis a florenis mille usque in florenis quinque millibus tenens stationam vel faciens aliquod lucrabile exercitium vel trafegum ponatur a floreno uno usque in florenis duobus pro milliario secundum eius possibilitatem, habito respectu ut supra.

Item quod ille qui habet in bonis a florenis quinquemillibus usque in florenis decem millibus non tenens stationam vel faciens aliquod lucrabile exercitium vel trafegum ponatur a floreno uno cum dimidio usque in florenis duobus pro milliario secundum eius possibilitatem, habito respectu ut supra.

Item qui habet in bonis a florenis quinquemillibus usque in florenis decemmillibus tenens stationam, vel faciens aliquod lucrabile exercitium vel trafegum ponatur in extimo dictorum focolariorum a florenis duobus usque in florenis duobus cum dimidio pro quolibet milliario secundum eius possibilitatem, habito respectu ut supra.

Item quod ille qui habet in bonis a florenis decemmillibus supra non tenens stationam nec faciens aliquod lucrabile exercitium vel trafegum ponatur a florenis duobus usque in florenis tribus pro quolibet milliario florenorum secundum eius possibilitatem, habito respectu ut supra.

Item quod ille qui habet in bonis a florenis decemmillibus supra tenens stationam, vel faciens aliquod lucrabile exercitium vel trafegum ponatur a florenis duobus cum dimidio usque in florenis tribus cum dimidio secundum eius possibilitatem, habito respectu ut supra.

Item quod non obstantibus suprascriptis capitulis quilibet faciens plures expensas necessarias et inevitabiles quod sint intrata ponatur solummodo in medietate de illo quod sibi tangeret de illo secundum continentiam suprascriptorum capitulorum et sic de gradu in gradum usque ad illos qui superlucrantur.

Item quod non obstantibus suprascriptis capitulis minus graventur illi qui habent bona in illis possessionibus Martesane et alibi in ducatu Mediolani et in episcopatu Cumarum et Laude ubi non habitant nec commode habitari, nec laborari potest quam illi qui habent possessiones in Seprio, Baziana et Bulgaria ubi habitant et commode potest habitari et laborari, avere pro avere per respectum tantum ad illa bona que sunt in illis partibus, ubi non habitant, nec commode potest habitari nec laborari.

Item quod si summa dictorum focolariorum cuiuslibet porte non ascendit ad summam sue porte, vel excedat summam illius porte quod addatur et diminuatur unicuique illarum portarum rata pro rata excepto quod illi qui positi fuerint in soldis octo pro focolario eis nil addatur nec diminuatur, nec illis qui habent maiores expensas, quam intratas, quibus nihil aditur sed eis diminuatur rata pro rata.

Item quod quilibet civis Mediolani qui descriptus fuerit in focolaribus extimetur et describatur pro omnibus bonis, mobilibus, que ubique habet, seu habeat, et pro bonis immobilibus que habet, seu habeat tam in episcopatu Cumarum et Laude quam in civitate et ducatu Mediolani.

Item quod prestitur solemne sacramentum suprascriptis sex pro porta, quod faciat descriptionem suprascriptorum focolariorum bene et legaliter secundum eorum scire, credere, bona fide, sine fraude, remotis ira, odio, amore, timore, amicitia et inimicitia, et speciali proficio et damno et omnibus qui personam deviare possent a iustitia et veritate servanda.